Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36453
Copyright: Melk, Benediktinerstift

uras exaudire dignatus est ut talem pastorem eligat et
sua pietate nobis concedat. ut omnis populus istius ciui-
tatis suis precibus saluetur. Et hoc erit nobis signum.
Estote parati ad ostium ecclesie matutinis horis. et eum qui
primus occurrerit vestris manibus tenete et coram omnibus
presentate. ipsumque esse vestrum credite quem dominus per gratiam
suam rectorem vestre ecclesie dignatus est eligere. Excitati
ergo pariter a somno nullam tamen dubitacionem habuerunt.
sed certi atque corroborati ad ostium ecclesie simul perrex-
erunt. Christe tibi gloria. eundem sanctum virum Nicolaum sicut
qui ante omnes processerat ad fores ecclesie iam inuene-
runt. Tunc illi appropinquantes leniter eum interrogare studu-
erunt. Quis es tu. Ille non ut erat voce columbina.
pector inquit Nicolaus vocor. At illi leti effecti pariterque
glorificantes deum dixerunt. Deo gracias. quia quod querebamus
inuenimus. eumque per manum tenentes venerabiliter ante al-
tare duxerunt. et omnibus ostenderunt eum dicentes. Ecce
fratres quem nobis omnipotens deus sua reuelacione ostendere dignatus
est ut hunc eligamus nostrum pastorem et rectorem. Hisque dic-
tis non multo post sed illico diuina vox celitus facta est
dicens. Iste ipse est. Hec autem omnes qui ibi aderant audi-
entes pariter glorificantes et laudantes deum in omnibus que
eis acciderant eum intronizare ardentissime unanimiter
et consecrare sine omni mora studuerunt. Mira res. Dein-
de cum consecraretur et angelico ore missa decantaretur. me-
rito eiusdem sancti viri in ipsa sui consecracione miracula et
signa plurima pius dominus ostendere dignatus est. De admira-
bili eius sanctitate post adeptum episcopatum.

Kathedram igitur myrrensis Nicolaus sanctissimus episcopus
sublimatus. eandem morum grauitatem eandemque sec-
tabatur humilitatem. cottidie in oracione peruigilabat